à quibus conſtat ægrè te dimiſſum eſſe, cum ab illuſtriſſimo Principe Heidelbergam reuocareris ad moderationem Collegii Sapientiæ. In quo quidem cum te vſus ſim collega tali, cuius ego in me amorẽ ac προθυμίαν non obſcuris argumentis habeam teſtatam; equidem ita volui & debui, meæ in te conſtantis obſeruãtiæ hoc velut chirographum in publicũ ſcribere, quod nullo alio potius, quàm deuotæ precationis ſigillo obſignaturus, Deum opt. max. ardenter inuoco, vt piis tuis in Collegio hoc curis ac laboribus, atque iis etiam honoribus, quos tibi nuper antiqua & illuſtris Academia auguſto & luculẽtiſſimo teſtimonio ſummos in S. S. Theologia tribuit, ad diuini nomi-